





1787, 1  
9  
PERANTIQVAE ELECTORALIS UNIVERSITATIS  
ERFORDIENSIS

R E C T O R

AC

FACVLTATIS IVRIDICAE DECANVS

CHRISTIAN. FRID. IMMAN.  
SCHORCH, IC<sup>TUS</sup>,

MEMORATAE FACVLT. ASSESSOR ET DECRETALIVM PROFESSOR  
PVBL. ORDINAR.

SOLEMNIA INAVGVRALIA

NOBILISSIMI AC CLARISSIMI IVRIVM CANDIDATI

Dn. IOANNIS GODOFREDI AVSTER

ZITTAV. LVSAT. SVPER.

DIE VIII. OCTOBR. MDCCCLXXXVII.

PERAGENDA INDICIT

INEST

IVRIVM DONATIONIS PROPTER NUPTIAS ROMANAE  
HISTORICE DELINEATORVM  
PARTICVL A Ima.

ERFORDIAE  
LITERIS NONNIANIS.



HANNOVERIANA LIBRARIA UNIVERSITATIS  
GEOGRAPHICA

KACTOR

ACADEMIAE HAROLDIENSIS

CHRISTIAN FRIEDRICH

BONHORN

ACADEMIAE HAROLDIENSIS LIBRARIA UNIVERSITATIS HANNOVERIANAE  
1829.

SCHOLARUM ARIMINIANORUM  
ACADEMIAE HAROLDIENSIS LIBRARIA UNIVERSITATIS HANNOVERIANAE  
1829.

LIBRARY OF THE UNIVERSITY

OF HANNOVER

THE  
UNIVERSITY

LIBRARY OF THE UNIVERSITY  
OF HANNOVER

LIBRARY

OF THE UNIVERSITY



Cum nuperrime in dissertatione sub meo praesidio habita de origine donationis propter nuptias romanæ astum sit, nunc, vbi Programmate publico solemnia inauguralia doctrinæ Candidati rursus indicenda veniunt, hanc materiam continuandi, indolemque & naturam donationis huius secundum ordinem temporis exponendi consilium capi, eandem telam, quam in praesenti exordiri saltim possum, quoties scribendi occasio se obtulerit, pertexturus.

S. I.

*Præmonitum de obscuritate huius doctrinæ eiusque causis.*

Sicut origo donationis propter nuptias romanæ, ita & eiusdem ius satis obscurum, atque nube plenum & vndique confusa

a 2

sum

\* titulus est: de donat, propter nupt. romana, eiusque speciatim origine, quam d. V. Sept. a. b. ex cathedra propugnat V. C. Io. Adolph Reichtardt, Vniuers. Erf, Secretarius.

sum adparer; liceat uti verbis IUSTINIANI in casu similii §. 10.  
*I. de Gradibus.* Licer enim leges fatis multas habeamus, quæ eius mentionem faciunt, degue ea bene multa disponunt; tamen non tam de natura eius deque ea constituenda, quam potius de iuribus iam constituta donationis agunt, litesque quæ circa eam iam constitutam & pacto informatam exortæ erant, decidunt. Omnes fere nouellæ, de ea tractantes, ortum suum trahunt ex casu aliquo speciali ad decidendum Imperatori oblato, vnde is occasionem arripiens generaliter sanxit, quid in tali casu obtinere debat: consuetudinis sua esse ipse professus, (No uell. 108. proœm.) ex questionibus, quæ de speciebus mouenior, bonarum legum occasionem arripere. Ut raccamus, maximam iurium varieratem, quæ circa hanc materiam & fere omnes eius partes in legibus deprehenditur. Haec omnia cognitionem indolis huius donationis impediunt. Tentabimus tamen, annon distinet, quoad eius fieri potest, in hac doctrina versari, naturamque huius donationis ex ipsis legibus eruere valeamus. Ideo et re erit, ex legibus notabilioribus ea, quæ de proprietatibus nostra donationis obseruare lieuit, excerpere, & per partes fistere, simulaque in parte unaquaque origines & progressus iuris, mutationesque varias ante oculos habere. Ita enim obtinebimus, ut cognitis sigillatim partibus inde totum facilius intelligere, iustumque donationis nostra notionem formare nobis valeamus: imitati artifices, qui ante quam horologium, vel aliud affabre opus componunt, partes prius præparant.

### S. II.

#### *De quantitate donationis p. nupt. ad dotem. relativa.*

Incipiamus itaque cum quantitate donationis nostræ, visuri, quid circa hanc iuris fuerit. Hic primo notabimus, affectum donationem hanc facientum, quantum ad quantitatem in genero, nullis legibus restrictum, cuiuscunque potius arbitrio & liberalitati relictum esse, quot bona huic donationi defutare velit. Hinc uti dotem omnium bonorum, ita & donationem p. nupt.

nupt. omnium bonorum constitutam legimus 1). Id solummodo dispositum inuenimus, vt in dubio donatio nostra honeste & pro qualitate personarum facienda, & secundum merita decenter metiens sit 2). Porro, vt maritus, si ad repetiti matrimonii vota migraverit, non possit ante nuptias donationis nomine nouae coniugi plus conferre, quam ad liberorum prioris thori vaumquemque, & si non æquaæ illorum portiones sint, ad eum, cui minor portio data est, pertinet, vt que id, quod plus donatum sit, irritum sit, & ad liberos prioris matrimonii deferatur 3). Illud vero per leges accurate sanxum est, *vt donatio p. nupt. semper æqualis doti esse debeat & quoad constitutionem & quoad paæta lucrorum.* De quo iure, cum non semper obtinuerit, sed per gradus ad id perveniat sit, latius differere, eiusque historiam persequi iuuabit. Nempe inter initia liberum fuit, donationem p. nupt. Vxori, licet dotem adferenti, aut plane nullam facere 4), aut minorem dote aut maiorem ea celebrare 5). Hecque libertas quoad quantitatatem constituenda donationis huius duravit usque ad Iustiniani constitutionem 6), qua cavit, vt tam in dote, quam in donatione p. nupt. ea, quæ offeruntur, æqualia sint, & tantam quantitatem conscribat vir, quantum mulier. Quod vero attinet paæta, qua super donatione p. nupt. lucranda iniire mos fuit, citius de iis ad æqualitatem cum paætis super dotis lucro initis redigendis cogitarunt Legislatores. Imperator LEO primus sanxit hanc æqualitatem partium lucri inter coniuges, ita, vt quantam partem mulier sibi stipulata sit ex donatione p. nupt. in casum, si priorem maritum mori contigerit, tantam & maritum ex dote partem stipulari debere iusserit, in casum si prior mulier mortem obierit, paætumque quod secus factum sit, infirmum atque invalidum pronunciauit 7). Hanc Leonis legem Iustinianus postea vterius declarauit. Nempe in casu, quo paæta lucrorum dotis & a. nupt. donationis contra legem dispara quoad partes inita fuerint, voluit, vt maior

lucri pars ad minorem deduceretur, & adeo uterque coniux minorem partem lucraretur, verbi gratia maritus tertiam partem dotis sibi pactus est, mulier vero quartam partem donationis a. nupt. tunc & maritus intelligitur de quarta parte pactus esse, adeoque solummodo quartam ex dote lucrabitur 8). Confirmavit quoque & reperit dein hanc constitutionem suam alio in loco Iustinianus noster 9). Sic ergo inter coniuges aequalitas *quotitativa*, ut si sunt, sancta erat. Verum perfecta aequalitas, quam tamen Legislatores intendisse videbantur, aliter obtineri haud poterat, quam si aequalitas *quantitatativa*, ut vocant, introduceatur; alias enim in verbis solum, non in rebus aequalitas aderat. Si enim, utrū exemplo ipsius Iustiniani, Vir duo millia aureorum donationis a. nupt. titulo conscriperat, mulier autem sex aureorum millia in doto obtrulerat, & uterque coniux in casum mortis alterius quartam sibi lucro cessuram pactus erat: eueniebat ut mulier morte marii 500 aureos lucraretur, vir vero ex morte uxoris 1500 aureos acciperet. Legis praeceptum obseruarunt fuerat, & tamen ex hac aequalitate summa inaequalitas proueniebat, & velut in enigmate una quarta, altera maior apparebat. Hæc itaque permouerunt IVSTINIANVM, ut nuptialia luca semper aequalis mensuræ esse debere præciperer, siveque & quantum ad quantitates pactiones aequas introduceret 10), utique hæc aequalitas eo facilius obtineretur, simul voluit, ut iam dicere occupauimus, statim a coniugii coitione utrinque aequalis collationes, nec doti maiorem vel minorem donationem p. nupt. existere debere. Hoc ipso enim effici certum erat, ut stipulata e. g. tercia vel quarta parte tam dotis quam donat. p. nupt. semper aequalia luca, quoad quantitates etiam, emergerent.

1) l. vlt. C. de dot. promiss. 2) Nov. 39. c. 1. 3) l. 6. C. de secund. nupt. 4) vide l. 19. & l. 46. pr. C. de Donat. a. nupt.

5) vide pr. l. 9. C. de pact. conuent. & videtur Leo hac sua constitutione, emendasse constitutionem suam anteriorem, qua reperitur in Corpore Nouellar. L. IV, tit. 8, qua disponuerat, ut nunquam minorem spon-

sponsalitatis largitate dotem vxor adferret. **Hic vero iterum permisit**  
**mullieribus, &c & minoris & amphioris quantitatibus, quam qua donatio**  
**ante nupt. constat, dotem offerre possint.** 6) in Nouella 97. proclm.  
 & cap. 1. 7) l. 9. C. de p. c. conv. 8) l. 10. C. de p. c. conv.  
 Nov. 22. c. 20. 9) in Nov. 22. cap. 20. 10) in Nov. 97. c. 1.

§. III.

*An vxore dotem adferente maritus inuitus ad donationem  
 p. nupt. vicissim faciendam teneatur?*

Sic res comparata erat, & talem aequalitatem quantitatiam obseruare oportebat maritum, quando liberalis erga vxorem esse, hancque cum ipsa donationem a. nupt. celebrare volebat; hanc enim mariti munificentiam erga vxorem voluntariam fuisse probant leges, quas in nota subicio 1), idque inde magis etiam corroboratur, quod heterodoxos parentes solum cogi legimus, ad hanc donationem pro liberis suis orthodoxis vxores ducturis faciendam 2). Ergo a contrario recte argumentari videmur, si in regula neque maritum sui constitutum iuris, neque patrem, qui hunc in potestate habet, ad eam teneri adstruimus. An vero, saltim iure nouissimo, vxore dotem adferente, vel inferre adhuc parata existente, maritus inuitus etiam ex iuriis necessitate ad donationem p. nupt. vicissim faciendam adigi potuerit, ita ut deinde eueniens casu etiam non promissa exigi possit, hoc in dubium vocari, & viriique non improbabiliter disputari memini. Qui quaestioneon propositam affirmant, sunt autem permulti, qui in his castris militant, prouocant imprimis ad Authenticam 3), quae haec verba habet: *Dos data donationem p. nuptias meretur,* indeque necessitatem constituende huius donationis inferunt. Sed contra hanc communem Pragmaticorum sententiam non sine ratione insurrexit HOTTONANNVS 4) quem alii post securi sunt, easque hoc maxime arguento labefactare studuit, quod Authenticæ allegata originali suo, nempe Nouelleæ 91. cap. 2. unde defuncta est, non conueniret, adeoque fidem non mereretur.

Defen-



Defendere quidem communem sententiam annis est magno conatu nec spernendis argumentis LEYSERVS 5), sed ne quid dissimulemus, ea quae pro communii sententia in medium protulit, nos convincere & a contraria sententia dimouere haud potuerunt. Reste potius HOTTO MANNUM secundum ius Rom. sentire arbitramur: hocque ut Lectori nostro etiam persuadeamus, argumenta LEYSERI lustrare, eorumque vim excutere iuuabit.

- 1) vide l. 19. l. 20. C. de Don. a. Nupt. Nov. 22. c. 31.
- 2) vide l. 13. & l. 19. C. de hæret add l. 2. C. de bonis, quælibet, vbi donatio p. nupt. pro liberis scienda pro arbitrio dono patris habetur. add. arg. l. fin. C. de dot promiss. 3) est Auct. Dos d. t. C. de Don. a. nupt. 4) in tr. de Dot. §. 26. citatus a LEYSERO Med. ad π spec. 305. med. 1. HOTTO MANNUM sequitur WISSENB, in syllog. Error. Iner. th. 20. MEV. P. IIX. d. 354. num. 54 STRVV. Ex. 30. S. 34. BRVNNE MANN, ad Auth. Dos d. a. C. de Don a. nupt. n. 7. 5) in diff. sub præsidio BERGERI habita de liberalitate necessaria §. 18-23, add. EIVS Med. ad π spec. 305 med. 1. seqq. & spec. 434. meditat. 12. & conferatur FACH NAEVS Controvers. Iur. L. VIII. c. 67. RITTERSHVS. Expos. Nouellar. P. V. c. 1. n. 15.

#### §. IV.

##### *Negatiua contra Leyserum late defenditur.*

Primo, ait LEYSERVS, et si Authentica cum Originali suo non concordaret, tamen notissimum esse, plures Authenticas plus quam ipse Nouellæ, vnde desumptæ sunt, continentes, receperas esse a quo vsu seruari. Ad hoc argumentum respondere iam supercedere possumus, quia in praesenti, ut iam diximus, non de eo quid hodie & vnu fori obtineat, sed de eo quod secundum LL. Romanas, maxime Iustinianas, obtinuerit, solliciti sumus. Verum pergit Auctor ille, & negat etiam, Authenticam hanc, de qua agitur, a Nouella discrepare, contendit potius, eam eundem sententiam, quem Nonella ipsa, continere, nempe si mulier dotem marito dare voluerit, *is vero in mora accipiendi sit, uxorem*

*vxorem sibi prospicere posse ita, ut vel priuatum dotem offerat,  
atque consignatam recondat, vel iudicialiter deponat.* Quo  
facto maritum compelli ad donationem p. n. faciendam, imo  
ipso iure intelligi eam constituisse, ita ut deinde soluto matrimonio  
peti etiam & exigi possit. Verum enim vero hanc sententiam  
Nouella esse, nobis persuaderi non sinimus. Nec sicut aliis  
qui haec quæ, mox allaturi erimus, animo a praediis vacuo  
perpendere volunt. Adponimus, quod & ipse Leyserus fecit,  
verba Nouelæ ex versione accurata Hombergiana, licet compla-  
centia sint, & dein, iterum cum Leysero, rem omnem lectoris  
iudicio permittimus. Verba haec sunt: "Si mulier dotem de-  
beat (ex antecedente promissione nempe) eamque vel ipsa for-  
te, vel qui eam pro ipso præstat, quicunque ille fuerit, siue  
propinquus, siue extraneus, dare voluerit, vir autem vel forte  
pater eius vel annus eam accipere nolit, mulier vero denunciet,  
eamque soluere parata sit, vel, quod etiam maius est, faciat,  
& forte offerat, & si mobilis sit, sigillis impositis secundum le-  
gem deponat, vel sola iudicium ingressa hoc fieri petat, atque  
ex iudicio venientes quidam hoc viro denuncient, attamen &  
sic ille differat: non potest soluto matrimonio solutionem do-  
nationis a nuptias, tanquam dote non data, declinare. Qui  
enim dare voluit, eoque accipere rogatur, acceptationem re-  
cusante, similis est illi, qui dedit. Et hoc cum reliquis in dote  
valeat. Quemadmodum enim illi, si dotem per dilationem non  
dederit, donationem a nupt. denegamus: ita licet dare velit,  
& ille, qui accepit, de industria accipere recusat, damus illi,  
matrimonio soluto, donationis ante nupt. petitionem, et si do-  
tem propter viri culpam non intulerit." Antequam nunc Le-  
ctoris iudicio rem permittimus, volumus ei in memoriam reu-  
care constitutionem Iustiniani aliam 1) quæ cum nostra ita co-  
hereret, ut altera sine altera intelligi recte nequeat, eam ipsam  
nempe quæ ab aliis præteruisa erroneam, cui addicti sunt, sen-  
tentiam peperit. In hac Constitutione nouella IIda, Iustinianus

sanxerat, ut si, confessis dotis & ante nupt. donationis instru-  
 mentis, quibus vxor dotem, & vir vicissim donationem p. nupt.  
 promisit, vxor dein dotem actu non intuliser, illa nec, soluto  
 morte matrimonio, donationis p. nupt. promissa petitionem ha-  
 bere deberet. Hac Constitutione sine dubio mariti astuti, & ma-  
 le erga vxores suas affecti, abusi erant, ita ut licet ab initio do-  
 nationem p. Nupt. promisissent, tamen penitentia duci, (sorte  
 prævidentes lucrum ex parte vxoris futurum esse, vel mulierem  
 exosi repudium iam meditantes confer Nov. XXII. c. 18. 19.)  
 dotes accipere recusarent, sperantes inde, ut per hoc promissa  
 donatio a. nupt. iuxta sanctionem hanc Imperatoris tanquam do-  
 te non data in irritum caderet. Hoc nunc permouit Iustinianum,  
 ut aliquot annis post Nouellam XCI. promulgaret, mulie-  
 ribusque contra hanc virorum astutiam succurreret, sanciens, do-  
 nationem p. nupt. semel promissam vim & efficaciam habere de-  
 bere, et si Vir acceptationem dotis sibi oblatae recusauerit. At in-  
 quiruit Leyserus, nihil hic de promissione & constitutione donationis  
 ante facta dicitur, & solum vxori eam exigere permititur. Ig-  
 tur vroque casu, siue promissa sit denatio, siue non, exigi potest.  
 Sed respondemus nos, licet expresse hic nihil de promissione &  
 constitutione legatur, eam tamen subintelligi debere ex dictis elu-  
 cet, dum hæc Novella XCI. cap. 2. se referat ad Novellam II. in hac  
 Nov. 11. vero manifesto de promissione antecedente sermo est. Re-  
 ferri vero hanc Nov. XCI. ad illam antecedenter debere, ipsa verba  
 finalia satis produnt: *Quemadmodum enim illi, si dotem per di-  
 lationem non dederit, donationem a Nupt. denegamus* (hic est  
 ipissimum ille casus, de quo Nov. II. disponit): *ita licet dare ve-  
 lit* certa. Comprobant quoque hanc relationem verba anteceden-  
 tia: *non potest soluto matrimonio solutionem donationis p.  
 nupt. TANQVM DOTE NON DATA, declinare.* Quibus verbis ite-  
 rum respicunt ad dispositionem Novellæ II. ut proinde vrobiique  
 vnam eandemque circumstantiam, nempe dotem & Donationem  
 p. nupt. *vtrinque promissam*, adsumere possumus & debeamus.

Vt

¶  
Ut raccēmus, verba initialia huius capitū: *si mulier dotem DEBEAT,*  
præponere promissionem dotis antecedentem. Connectuntur etiam  
hæ duæ Nouellæ in *Libris ſacri mō L. 28. tit. 14. Tom. IV. pag.*  
*451. 452.* vna serie: manifesto arguento vnam alteram respi-  
cere & explicare. Sie itaque instructo Lectoris iudicio, causam  
nostram ei subiicere non veremur, certa ſpe freti, item secundum  
nos datum iri. Id interim etiamnum ex hac tenus dictis confici-  
mus, neque Leyserum, per deducta hac tenus, neque plūm  
Hottomannum ſententiam huius Novellæ & ſummam recte  
concepisse. Hottomannus loco cit. ait: *Græce Nouellæ*  
*91.* ſententiam hanc esse apertissimam: *ſi dōs conſtanſe matrī-  
monio data fuerit, promiſſam & conſtitutam antidoſem ſolu-  
to matrīmonio dandam eſſe; ſed, iſi data non fuerit, quamvis  
antidoſ promiſſa fit, tamen non deberi.* At longe aliter & ſic po-  
tius concipienda erit: *Vxor, que dōtem promiſit, & cui viſiſſim  
maritus donationem p. nupt. promiſit, iſi conſtanſe matrīmonio  
dōtem (promiſſam) parata eſt in ferre, Donationis p. nupt. (pro-  
miſſæ) exactionem ſoluto matrīmonio ideo non amittit, quod Vir  
dōtem ſuſcipere recuſavit.*

### §. V.

#### Continuatio.

Sed nouo Leyserus arguento obligationem iuris ad conſi-  
tuendas donationes p. nupt. cuincere laborat. Desumit illud ex  
Nov. XCVII. c. 2. vbi cautum legimus, ut muliere volente do-  
tem augere, maritus quoque ad augendam donationem p. nupt. fi-  
ne Antidotem teneatur neſſario. Concludit ergo inde, quod iu-  
ris fit in parte, id etiam in toto valere. Atque adeo, iſi marius ad  
augendam hanc donationem potest cogi, multo magis ad eam con-  
ſituendam obligabitur. Fator hoc argumentum multum ſpeciei  
habere; & me ipsum aliquando ſuſpendum tenuit. Interim re-  
ſpondeo prium, multa que ab initio voluntatis ſunt, ex post ne-  
ceſſitatis fieri, idque & hic accidere. Deinde obſeruo, iuſtina-  
num ex ſingulari plane ratione ea que de augmento donationi;

b 2

nupt.

nupt. necessario allegata sunt, sanxisse. Ipse Imperator hanc rationem manifestauit, nempe ne aliqua fiat circumscriptio Creditorum ex dotium augmentis, que dotes fictitia sepe angebantur, vt mulier dein dotis privilegio vtens Creditores mariti eluderet. Hec fictitia & simulata doxis, auctio vt excluderetur, Iuslinianus voluit, vt maritus etiam donationem suam augeret, multaque præterea singularia eundem in finem de rebus, in quibus præcise hoc augmentum ex parte mulieris fieri deberet, adiecit. Nempe quia, vix prior moreretur coniunx, dubiam erat, & easu ita cœniente donationem suam maritus amittere poterat, eo ipso propriebatur, ne facile vxorem instigaret ad dotem augendam fraudulenter. Huius suis eo certius obtinendi causa dispositis simul & præscriptis, quibus in rebus augmentum & dotis & Antidotis fieri debet, nempe in immobilibus solum. Quis vero inde concluderet: Ergo etiam dos & donatio p. nupt, quæ ab initio sunt, dantaxat in rebus immobilibus fieri debent. Contrarium huius conclusionis enim ex bene multis locis adparet, & ne longe abeamus, ex Nov. XCII. paulo ante explicata, iuncta ei Nov. II. cap. 4. & Nov. XXII. cap. 45. disci potest. Sed & sic simul inde patet, ab augmento Donat. p. nupt. ad ipsam Donationem p. nupt, quæ ab initio sit, inferri non posse, præsertim cum ratio singularis, quæ Iuslinianum ad hoc circa augmentum Donationis p. nupt, faciendum mouit, cesseret in donationis p. Nuptias exordio. Sic satisfecisse huic specioso argumento, idque ex manibus eorum, qui eo contra nos vii porro conabuntur, extortissime videmur. Imo in rem nostram nunc plane convertere id possumus, dum exceptio, pro qua haec habenda sanctio est, vt demonstrauimus, regulam firmat, quæ erat iniutum maritum adigi non posse ad Donat. hanc faciendam. Id etiamnum addere iuuat, Leyserum ibidem, quando addit, donationem p. nupt. aucta doce simul auctam præsumi, idque vi legis 20. C. de Donat. & nupt. frustra hoc adlitterere. Nihil enim de eo in lege citata existat. Ulterius vero *Idem* suam sententiam stabilire intendit per

Nov.

Nov. CXXVII. cap. 2. quæ maritum sub pena amissionis lucri,  
 quod ex dote sperat, ad insinuationem p. nuptias donationis adi-  
 git. Quodsi itaque, sic concludit ille, maritus a perceptione do-  
 tis repellitur, qui donationem p. nupt. constituit quidem, eam  
 vero ad evitandas omnes controversias tantum non insinuandam  
 curauit, multo minus ad lucrandam dotem admittetur, qui do-  
 nationem plane non constituit. Sed ego quidem nullam hic  
 consequentiam video. Maritus a perceptione lucri dotis repel-  
 litur, qui Donationem p. n. non insinuanit; ergo eodem modo  
 lucro dotis priuatur, si plane nullam antidotem constituit. Hoc  
 leges nullibi a marito desiderant; illud vero desiderarunt, idque  
 iterum ex causa singulari propter fauorem mulierum & mari-  
 monii. Porro argumentum sumit ab eo, quod in *I. vlt. C. de*  
*dot. promiss.* (sed in hac lege vestigium huius rei nullum oceu-  
 rit, & forte *I. vlt. pr. C. de Don. a. nupt.* intelligenda erit &  
 substituenda) donatio p. nupt. in plerisque cum dote exæquata  
 sit. Quodsi ergo dotem etiam non promissam maritus ab vxo-  
 re diuite pro dignitatis suæ conditione exigere potest, vxor con-  
 tra etiam a marito sponsalitiam largitatem prætendendi ius ha-  
 bere debet. Ad hoc moneo primum, ipsum Leyserum *in ple-*  
*risque I.* tantum hanc exæquationem factam fateri, questio ita-  
 que remanserit præjudicialis: an præcise, quantum ad hoc caput,  
 exæquatio facta sit, id quod, quin negemus, quid prohibet?  
 presertim cum difficile haud sit disparitatis rationem allegare.  
 Deinde in probationem subsumti sui nullam legem, sed tantum  
*Gailium & Stryckium* citat, dubitario itaque non levis exeri-  
 tur, an & de iure Romano hoc ita se habeat, quod de dote citra  
 promissionem ab vxore præstanda dixit, cum & matrimonium si-  
 ne dote esse possit, & præterea ipsa dotis natura refragetur, quæ  
 cum species sit donationis a spontanea voluntate proficiisci debet,  
 neque denique illa lege hæc Leyseri sententia fulciri possit vali-  
 da & concludente. Id quod pluribus deduxit MERENDA Contra-  
 uersi, iur. L. II, cap. 47. adde WERNHER P. IV. Obs. 100. n. 2.

b 3

TAN-

44

Tandem argumentatur inde, quod Donatio p. nupt. *specialis contractus* adpellari iubetur per Iustinianum 2), reliquisque donationibus adnumerari veteratur. Parum vero hoc argumento sententiam aduersam lucrari nobis persuasissimum est; idque ex recta horum verborum explicazione dilucide adparebit. Verba nempe citatae Nouelle, si recte iudicio expenduntur, nihil aliud significant, quam donationem p. nuptias ceteris simplicibus donationibus adnumerari haud debere, sed habendam potius esse pro eiusmodi actu, qui cum reliquis donationibus, quantum ad insinuationem, diuerso iure estimari debeat. Quoniam addit Imperator, pro ea aequalis dos datur, atque sic, quando eam facere placeat, veluti genere quodam permutationis, ut loquitur in simili VPIANVS 3), pro dote donatio p. nuptias constituantur. Notissimum est, terminum *Contractus* aliquando in iure nostro maxime in legibus Codicis, in quibus terminorum propria significatio saepe negligitur, abusine & improprie usurpari pro omni fere conventione obligatoria, quo sensu Iustinianus noster ipse aliquoties donationem in genere spectatam *Contractus* appellatione complectitur 4): hunc *contractus* significationem impropriam itaque & hac in Nouella secutus est, quando donationem p. nupt. vocat *specialem contractum* id est conventionem de donando a ceteris donandi actibus diuersam, quia remunerationem dotis in se contineret. Hac explicacione adprobata, quid inde ad necessitatem constituenda huius donat. inferri potest? Manere potest & haberi donationis remuneratoria species, et si voluntaria sit 5), vii etiam re vera est, siquidem vxore cam ante nuptias non exigente, infecta etiam manere potest. Evidem sentio, quorsum velint illi, qui haec Nouellam pro se citant. Per hoc nempe, quod donatio nostra hic *specialis contractus* dicitur, putant significari, cam esse speciem *Contractus Innominati* do, ut des. Iam sicuti *contractus innom.* impletum eum ius dat actione instituta alterum cogen-

cōgendi, ut vicissim ei satisfaciat: ita inde concludunt, vxorem data dore vel dare parata existente maritum, qui dorem accepit, vel iniuste accipere recusat, actione præscriptis verbis ad donationem p. nupt. faciendam similiter compellere posse 6). Verum enim vero, et si forte aliquis sit, cui haec contorta explicatio præ nostra, quam superius dedimus, arrideat; tamen id quod inde confidere volunt dissentientes non sequi, eaque quæ de obligatione ex contractu innom. oriunda adlata sunt, applicationem haud inuenire hic, facile ostendi potest. Contractus innomin. præponit paetum bilaterale nudum ab altera parte impletum, adeoque consensum vtriusque partis præsum ad dendum quid vel faciendum. Atqui talis promissio antecedens ex parte mari- ti hic deficit, in hoc enim veritur nostra quæstio, an maritus, qui nihil promisit, invitus tamen ad donationem faciendam adigi possit, uxore dorem adferente, vel adferre parta existente. Deficiente itaque promissione nullum existit paetum, cumque proinde paetum, quod nullum existit, non possit incipere per doris illationem causam habere, nulla quoque actio præscriptis verbis inde competrere potest. Sic excusimus arguentia Leyseri, iisque vti nobis quidem videtur, satisfecimus. Relinquitur ergo, ut concludamus, veriori suo merito hanc endam esse sententiam eorum, qui ex eo solo quod vxor dorem atrulit, maritum inuitum citra eius promissionem ad donationem p. nupt. cogi potuisse negant. Cum enim leges præsto sint, ex quibus eluet, donationem hanc, dote licet data, factam non esse 7); cum leges, quibus hoc mutatum sit, non extent, aut perperam citentur; cum denique natura donationis refragetur: iuste conficitur, haec nostram sententiam recte se habere, alterique illi, quam confutauimus, præponendam esse.

6) Dicitur in hac l. ult. pr. C. de Donat. a. nupt. nostram donationem a dote & nomine & substantia nihil distare. His vero Imperator enail. aliud significat, quam utramque esse speciem donationis, ideo nomine

monine non distant, utrumque porto non simplicem esse donationem, ideo substantia non distant. Altera enim (dos) sit propter matrimonium; altera (donatio p. nupt.) sit proprius donum. Relatarum donationum utraque species est, utraque etiam conditionem nupiarum habet. Ita mihi videtur. Scio quidem alios exemplo Glossariorum per substantiam quantitatem utriusque patrem intelligere. Sed quo minus haec sententia vtrarum facit, quod tunc nondum hac quantitatim paritas sancta erat. Quidquid sit, alii iam docuerunt recte, argumentum a doce ad donationem p. nupt. in casibus a lege non expressis haud valere HERT. Consil. 429, n. 8. WISSENBACH ad h. l. 20. cf. HILLIGER ad Donell. L. XIV. c. 9. STRYK. vi. Mod. ff. tit. de j. dot. §. 12. 2. in Nouell. CXIX. cap. I. 3<sup>a</sup> vid. l. 25. §. 11. in ff. de hered. périt. 4<sup>a</sup> in l. 17. C. de fide instrum. l. 8. C. de prescript. 30. vel 40. annor. atque dotis datio etiam, quæ species donationis est, ad contractus referunt in l. 23. ff. de Reg. iur. 5<sup>a</sup>) conf. qua habet ipse LEYSER. spec. 434. medit. 10. 6<sup>a</sup> vid. LEYSER. spec. 305. med 1. & spec. 434. medit. 13. 7<sup>a</sup> nempe l. 19. & 20. C. de Donat. a. p. nupt.

Sed in his iam subsisto & nunc deuenio ad Candidatum  
I. V. dignissimum

### IO. GODOFREDVM AVSTER,

ZITTAVIENSEM,

cuius vitam adhuc laudatissime institutam verbis ab ipso con-  
cepbris retero:

Patria mihi est Zittauia, celeberrima illa urbs Lusatiae superioris. Ibique me suscepit anno MDCCLXV. pater dilectissimus Ioannes Godofredus Au-  
ster, iam nimis præmatura morte mihi erexit, & cuius memoria summo  
cultu pietatis suffulca mihi erit perennis, e coniuge adhuc superstita Christia-  
na Dorothea Iacobi, cuius in me educando, fidem, amorem atque beniuole-  
tatem peculiarem satis laudare me non posse, publice fateor. Illa deinde  
nupsit vitam adhuc degenti doctissimo meique priuigni amantissimo. Adol-  
pho Godofredo Gerlachio, de Gymnasio Zittauensi Collega VI, maxime me-  
rito. Utique in me bene educando animo & ingenio conformando, viri-  
bus

bus coniunctis, neque diligentie neque tempori pepercerunt. Patris dilectioni omne studium in eo possum erat, ut & priuata & publica iustitio, cuiusque generis artibus liberalibus imbutus, eo factius maiora cuiusque disciplinae studia adgredi possem, hinc mei receptionem in numerum alumnorum Gymnasi Zittauensis curavit. Ibi doctissimorum virorum praceptoris traditus sum, nimirum Direct. Richieri & Conr. Fröhauſſi beate iam defunctorum; Direct. Sintenis, Conr. Müller, cuius posteriori peculiari opera atque cura in priuata iustitio per orationem vita mea seriem ex meo animo non excider. Praterea frutus sum iustitio Viror. doctissimorum Iary, Goeffelii, Spitzigii & Hübneri, qui priuatum per tres annos in primis elementis omni assiduitate atque studio me instruxit, quem Deus Optimus Maximus per longum annorum spatium sibi incolumen adhuc seruet. Tunc Academiam Lipsiensem anno cccc. lxxxv. peti, in cuius ciuitatem a WENKIO, tunc temporis fæces teneante Restore Magnifico, sum receptus. Ibique in Philosophicis Seydlizium, in Historicis Eichkiam, in Juriscentia Schottium, nimirum in Iure Germanico, Criminali & Canonico, Langhans in Iure Nature, Institutionibus, Pandectis & Iure publico universalis, cuius Viri præstantissimi gratia atque benevolentia documentorum aniso quam grauissimo ad ultimum vita mea usque momentum memoriam conseruabo. Kindum in Processo iudicario, Bienerum in Historia iuriis & Pütterianum in arte actorum referendorum doctores habui. In lingua gallica autem Paen magna cum utilitate audiui. Quibus euidem preceptoriis meis summas easque debitas reddo gratias, neque unquam beneficiorum ab illis in me collatorum memoria delebitur obliuione.

Cum nunc e re sua esse duxerit, summos in iure utroque honores ambire, ordinem nostrum adiit, atque admissionem ad Examen rigorofum ceteraque specimena inauguralis decenter petit. Desiderii sui laudabilis compos factus, non solum textus binos ad resoluendum ipsi præscriptos curate enodauit, sed & in ipso examine ita stetit, ut vnuanib[us] suffragiis dignus indicatus fuerit, qui summis in iure utroque honoribus condecoraretur. Ideoquæ proximo die d. VIII. Octobr. Lectionem cursoriam ad L. XI. ff. ad SC. Vellejan. habebit, eaque finita dissertationem suam inauguralem sub titulo:

GENERALIA DE CITATIONE IN TERRIS SAXON.  
PRAECIPVE VSITATA

me Präside publice defender.

Quos actus solemnes ut Vniuersitatis Proceres ac Ciues  
præfentia sua ornare & eohonestare haud grauentur, officiose  
oro rogoque.


Publ. sub Sigillo Facultatis Iuridicæ d. VII, Octobr.  
MDCCCLXXXVII.



Erfurt, Diss., 1783-1801 I

X 238 6945





1787, 1  
L9  
PERANTIQVAE ELECTORALIS VNIVERSITATIS  
ERFORDIENSIS

RECTOR

AC

FACVLTATIS IVRIDICAE DECANVS

CHRISTIAN. FRID. IMMAN.  
SCHORCH, IC<sup>TVS,</sup>

MEMORATAE FACVLT. ASSESSOR ET DECRETALIVM PROFESSOR  
PVBL. ORDINAR.

393  
SOLEMNIA INAVGVRALIA  
NOBILISSIMI AC CLARISSIMI IVRIVM CANDIDATI  
Dn. IOANNIS GODOFREDI AVSTER

ZITTAV. LVSAT. SVPER.

DIE VIII. OCTOBR. MDCCCLXXXVII.  
PERAGENDA INDICIT

INEST

IVRIVM DONATIONIS PROPTER NUPTIAS ROMANAЕ  
HISTORICE DELINEATORVM  
PARTICVL A Ima.

ERFORDIAE  
LITERIS NONNIANIS.

